



## CAPVT XI.

*An medicamentum simplex, in partes constitu-  
entes subdiuisum, medicæ inten-  
tioni sit vtile.*

**A**N autem talis dissolutio medi-  
cæ intētioni profuerit? De nō-  
nullis eius modis nemo am-  
begerit: quæque infusione, coctione,  
succive expressione perficiuntur, vsu  
quotidiano, omniumq; omnino & an-  
tiquorum & recentium Medicorū au-  
toritate sunt comprobata. Ij tamen,  
quos Chymici distillando aquas, ex-  
primendo olea, extrahendo sales fre-  
quenter obeunt, suspensos tenent inge-  
nuos multorum animos: si vel liceat, ti-  
more periculi, vel profit, spe vtilitatis,  
eum præparationis laborem, in vsu  
sanandorum morborū instituere. Cū  
ergo propositum sit nobis, qua potest  
fieri, grata breuitate hūc quoq; scrupu-  
lū dubitantiū cogitationibus eximere,  
& re ipsa comprobare, quam parum hic  
offerat sese, quod hos præclari artificij  
cona-